

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

CXLVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

Indirecta verò intētio dicitur, cum, licet ipso voluntatis actu rem non expetam, sciens tamen ad eandem aliquid confero, atq; adeo perinde me gero, ac si eandem expeterem. Quod iterum duplici ratione contingere potest; vel enim positivè aliquid ago, ex quo quodammodo novi effectum consequi; vel certè negativè, effectum, cum possim & debeam, non impedio. Quæ singula, licet in specialioribus rationibus prolixiori indigeant vel explicatione vel limitatione, *παρολῶς*; tamen loquendo, ab effectu, qui imputatio dicitur, rectè & commodissimè describuntur. Agere igitur moraliter dicitur, cuicumque effectus, vel secundum totum esse sui, vel certè secundum quandam ejus partem, jure meritoque vel ad laudem vel ad vituperium adscribitur. Quemadmodum qui omittit Deum amare, quem amare ex lege debebat, moraliter agere & DEI in se iram concitare censetur, qui effectus jure ipsi imputatur. Et qui omittit DEUM blasphemare, quem non blasphemare ex lege tenebatur, moraliter agere & virtuti studere censetur, qui effectus jure meritoque ei imputatur. Ex quibus liquidissimè patet, non actiones tantum physicas & reales morales quandoque esse, sed & meras omissiones; & in morum doctrinâ non eum tantum agere, qui cum motu reali in rem aliquam producendam incumbit, sed & illum, qui non agendo physice, rem quampiam omisit. Sic enim Naucerus, cum tempesta furit, dormiens, quem vigilare ante omnes oportebat, vehementissimè concutere navim, eandemque mergere censetur, quinimmò magis nauclero naufragium, quam ventis adscribitur. Omne igitur obsequium legi vel agendo vel patiendo præstitum actio moralis est; quod ex hætenus dictis uberrimè patescit.

CXLVII. Ubi & hoc observari debet, paulò latius patere actionis moralis vocem, cum causalitatē causæ moralis constituit, quâ cum actionibus moralibus, pressè ita dictis, attribuitur. Nam ibi agere quis moraliter potest, etsi cum ordine ad legem non agat; veluti, cum quis tollere lapidem jubet, sublati is certè lapidis causa moralis, & jussio, quâ in hunc effectum moraliter influxit, actio moralis est: non tamen sive jussio sive remotio, absolutè loquendo, morale quid est, sed actio merè naturalis, ad nullam quippe normam regulata. Actio igitur moralis, physicæ contradistincta, non intentionem tantum dicit, quidpiam efficiendi, sed intentionem, ad legem faciendi; ut ex supra dictis patet.

CXLIX.

CXLVII
 rim in gener
 in superiore
 nos, quæ da
 inferno, qu
 Quæ quant
 ta decimo s
 epulone & p
 fundamēto
 disputatiō
 ni moment
 enarretur? E
 rum verbor
 ut quilibet
 controverf

CXLIX
 succedunt
 tuum pon
 animam re
 Quantum d
 naturalium
 bris corpor
 possint? A
 præfenti vi
 rum omniu
 versantur,
 præterque
 neque sent
 ta puniri,
 Numinis I
 agant? An
 an verò pe
 & in glori
 glorie ha
 semetiplos
 affectu pro